rā ocul̄ dn̄i magnificauit eū
in ꝯſpectu regū et dedit illi
coronam glie. Statuit illi te
ſtamētū etn̄ū. ⁊ dedit illi ſa
cerdotiū magnum. ⁊ btifica
uit illū in glia. fūgi ſacdotō
et hr̄e laudē i noīe ipi⁹ ⁊ of-
ferre illi icēſum dignū i odo
rem ſuauitatis.

Alia de vno ꝯfeſſo. eccl̄. xlv

# Ilectus deo

et hoib⁹ cuius memo
in bn̄dictione ē. Sil̄em illū
fecit i glia ſanctoꝝ ⁊ magni
ficauit eū in tīore inimicorū
⁊ i xbis ſuis mōſtra placuit
Glorificauit illū i ꝯſpctū re-
gū ⁊ iuſſit illi corā ꝑplo ſuo.
et oſ̄dit illi gloriā ſuā i fide
et leuitate ipius ſanctū fecit
illū ⁊ elegit eū ex omi carne
audiuit ei eū ⁊ vocē ipi⁹ ⁊ i
duxit illū i nube. ⁊ dedit illi
cor ad p̄cepta et legem vite
et diſcipline.

(ideo iureiurando fecit illū dn̄s creſcere in plebem ſuā) Ly. hoc ꝓprie dictū eſt de abraam. vt habet Gen̄. xxij. ꝑ memetipſū iuraui dicit dn̄s. quia feciſti hanc rē et nō pepciſti vnigenito tuo ꝓpter me benedicā tibi ⁊ multiplicabo ſe-men tuuȝ ſicut ſtellas celi. ⁊ ſicut harenam q̄ eſt in littore maris ⁊c̄. Sed hic attribuit̄ illi ſancto cōfeſſori cuius feſtuȝ hodie paginus (benedictionē omniū gentiū dedit illi) id eſt dn̄s gratioſum eum fecit in cōſpectu omniū gentiū inter quas habitauit (et teſtamentū ſuū). i. pactū (cōfirmauit ſuꝑ caput eius. cognouit eū in bn̄dictionibus ſuis). i. approbauit tanq̄ dignū ſuiſ bn̄dictionib⁹ (cōſeruauit illi miſericordiā ſuam. ⁊ inuenit gratiam corā oculis dn̄i. magnificauit eū in cōſpectu regū ⁊ dedit illi coronā glorie. Statuit illi teſtamētū ſempitn̄ū ⁊ dedit illi ſacerdotiū magnū). i. principē ſacerdotum (⁊ beatificauit illū in gloria. Fungi ſacerdotio ⁊ habere laudē in noīe ipſi⁹. ⁊ offerre illi incenſum dignū in odorem ſuauitatis.

d Ilectus deo et hoibus ⁊c̄. In verbis hui⁹ lectionis q̄ ad lr̄am commēdatus ē moyſes: q2 a pueritia ſic fuit gratioſus vt eſſet diligibilis oīb⁹ ꝓpter qd̄ filia regis in puericia ipſi⁹ eū in filiuȝ adoptauit. vt h̄z Exo. ij. Et h̄ ſub noīe ipſi⁹ moyſi deſignat̄ laus iſti⁹ ſancti cōfeſſoris. cuius feſtum hodie in eccleſia pagitur cū dicit̄ (Dilectus deo ⁊ hominibus cui⁹ memoria in bn̄dictione eſt) Ly. id eſt in omni bono (Similē illuȝ fecit in gloria ſanctoꝝ) ſcȝ videndo diuinā eſſentiā ſicut dicit Auguſti. ad paulinum de videndo deum (⁊ magnificauit eū i timore inimicoꝝ). i. egyptiorū int̄ quos fuit magn⁹ valde (⁊ in xbis ſuis monſtra placauit) quia plage egypti mōſtruoſe ceſſauerunt ad ei⁹ orōnē (glorificauit illū in conſpectu regū) ſcȝ pharaonis regis egypti: ⁊ ſeon ⁊ og. vt h̄z Numeri. xx. (⁊ iuſſit illi corā populo ſuo) ſcȝ i monte ſynai. vbi populus loquenteȝ audiuit. vt h̄z Exo. xx. (⁊ oſtendit illi gloriā ſuā) ſcȝ i viſione ꝑ eſſentiam (in fide). i. i fidelitate. fuit valde fidelis (⁊ leuitate ipſius) Vn̄ dr̄ Nūe. xij. Erat ei moyſes vir mitiſſim⁹ ſuꝑ oēs homines q̄ morabant̄ in terra (ſāctū fecit illū). i. mundū et firmū (et elegit euȝ ex oī carne) ſcȝ educendum filios iſrael de egypto. et vt eſſet legiſlator veteris teſta. (Audiuit eū dominu⁹ ⁊ vocē ipſius). ſ. dep̄cantē ꝓ relaxatione pcti iſrael in fabricatione vituli. vt patet Exo. xxxij. (et induxit illū i nube: ⁊ dedit illi cor ad p̄cepta) ſcȝ dei ope adimplēda ⁊ alijs dicenda (⁊ legē vite et diſcipline.

Iſtē alia epiſtola de vno cō feſſore. Sapie. x.

Iuſtuꝫ dedu xit dominus ꝑ vias rectas et oñdit illi regnū dī ⁊ dedit illi ſciaꝫ ſcōꝝ. Hone ſtau:t illū ī laboribꝰ ⁊ ꝯple uit labores illiꝰ. In fraude circūuenientiū illi affuit et honeſtū fecit illū. Cuſtodi uit eū ab inimicis ⁊ a ſedu ctoribꝰ tutauit eum. Et cer tamē forte dedit illi vt vice ret et ſciret qm̄ oīm potētioꝛ ē ſapia. Hec vēditū iuſtuꝫ ñ dereliqt. ſꝫ a pctōribꝰ libera uit eū. deſcēditqꝫ cū illo ī fo veā ⁊ ī vīculis ñ dereliqt eū donec afferret illi ſceptꝝ re gni ⁊ potētiā aduerſus eos q̄ eū ōpꝛimebāt. ⁊ mēdaces oñdit q̄ macl'auerīt illū. ⁊ de dit illi claritatem eternā do minus deus noſter.

Iſtē alia epiſtola de vno confeſſore. Sapie. vij.

Optaui ⁊ da

Iuſtum deduxit dñs ꝑ vias re. ⁊c.
i In verbis huiꝰ lectōis cōmenda tus ē iacob pr̄ filioꝝ iſrael: qui iu ſtus fuit et in meſopotamiā iuit fugiens irā fratris ſui eſau. vt hꝫ Geñ. xxvij. Et h̄ ſub nomīe iacob deſi gnat' laus iſtiꝰ ſcti con feſſoris cuiꝰ feſtū ho die celebrat' cū dicit'. (Iuſtū deduxit dñs ꝑ vias rectas. ⁊ oñdit il li regnū dei) ſcꝫ qñ vi dit ſcalā cuiꝰ ſūmitas tangebat celuꝫ. ⁊ dñm innixū ſcale. vtꝫ Geñ. xxviij. Tūc eñ habuit reuelationeꝫ de ſuꝑna hierl'm. Idcirco euigi lans dixit. Nō eſt hic aliud niſi domꝰ dei et porta celi (⁊ dedit illi ſciam ſctōꝝ). i. noticiā de ſctis angelis q̄s vi dit aſcēdētes ⁊ deſcē dentes ꝑ illā ſcalā (ho neſtauit illū in labori bus). i. reddidit eum diuitē ⁊ inclitū ꝓ labo ribꝰ ſuis in cuſtodien dis ouibꝰ laban auun culi ſui. vtpꝫ Geñ. xxx. Ditatꝰ eſt hō ille vltra modū ⁊c. (et cōpleuit labores illiꝰ) qñ deo ꝓtegēte receſſit de me ſopotamia cū vxoribꝰ ⁊ liberꝭ ⁊ diuitijs ſuis (in fraude circūuueni entiū). i. laban ⁊ filio rum ſuoꝝ q̄ nitebant' eū decipe mutādo fre quēter mercedē ſuam vt patet Geñ. xxi. (illi affui) mlt'iplicādo gre ges q̄ ſm pactū debe bāt cedere in mercedē iacob (⁊ honeſtum fecit eū) ditādo eū tꝑalibꝰ ⁊ ſpūalibꝰ diui tijs (⁊ cuſtodiuit eū ab ini. ⁊ a ſe. tu. illū) . i. a laban ⁊ eiꝰ filijs inſequētibꝰ iacob re cedentē ad ſpoliādū eū. vt hꝫ Geñ. xxi. (⁊ certamē forte dedit illi) ſcꝫ cū angelo lu ctanti. vt hꝫ Geñ. xxij. (vt vinceret ⁊ ſciret qm̄ oīm potētioꝛ eſt ſapia) ſcꝫ eſau fratrē ſuū ꝓpriū ſibi aduerſantē. ad h̄ eñ fuit il la luctatio. vt iacob aſſecuraret' de victo ria ꝯ eſau quē nimis timebat. Idcirco dī xit ſibi angelꝰ. ſi ꝯ deū fortis fuiſti. q̄nto ma gis ꝯ hoīes ꝓualebis. Poſt h̄ ponit' aliō ex emplū de ioſeph queꝫ vēdiderīt frēs ſui hyſ mahelitis dicens (hic vēditū iuſtum) ſcꝫ io ſeph (non dereliqt. ſꝫ a pctōribꝰ liberauit eū) . i. a fratribꝰ ſuis eū oc cidere volētibꝰ (deſcē ditqꝫ cū illo in foueā) . i. in carcerē regis egy pti. vtꝫ Geñ. xxxix. Vñ dr̄ ibidē. fuit aūt dñs cum ioſeph deditqꝫ ei grām ī cōſpectu prin cipis carceris (⁊ ī vin culis ñ dere. eū. donec affer. illi ſceptꝝ regni) . i. dñationeꝫ in regno egipti poſt regem īme diate. vtꝫ Geñ. xli. (et potentiā aduer. eos q̄ eū depm̄ebāt) ſcꝫ ſuꝑ phutifar ⁊ vxorē eius q̄bus ſupioꝛ factꝰ fuit (⁊ mē. oſtē. q̄ ma. illū) ſcꝫ īponēdo ſibi īiuſte adulteriū. Nā malitia mulierꝭ fuit detecta (⁊ dedit illi cla. et'nā) ſcꝫ bone fame q̄ manet ad huc ⁊ manebit vſqꝫ in finem (dñs deus nr̄)

Optaui ⁊ datꝰ ⁊c.
p Vñ initiū illius lectōis dīt rex ſa lemon ſic. Nemo ex re gibꝰ aliud habuit natiuitatis initiū. Vnꝰ ergo introitꝰ eſt oībus ad vitam ⁊ ſimilis exitus. Tūc ſequit' pñs lectio. Salemon deſiderauit a deo ſibi dari ſapientiam di cens (Optaui) ſcꝫ ſapīe donū (⁊ datus ē mihi ſenſus). i. donū ſapīe ⁊ intellectus.

(⁊ inuocaui ⁊ venit in me ſpũs ſapīe).i.
ſpũſſctũs q̇ dat ſapīam(et ꝓpoſui illã re/
gnis ⁊ ſedibꝰ et diuitias nihil eſſe dixi in
cõꝑatione illiꝰ.nec cõꝑaui illi lapidē pꝛe/
cioſum.qm̄ oē aurū in ꝯꝑatione illiꝰ hare

oſtendendo mihi q̄liter agere deberē(et
ignoꝛabam)ſcʒ anteq̄ ipſam haberē(qm̄
hoꝝ oīm mr̄ ē)ꝫ ipſa habita ꝯgnoui(quā
ſine fictōe didici)ſcʒ a deo a q̇ ipſã deuo/
te poſtulaui,vt pʒ.iij Regū.iij.⁊ a nathan

na ē exigua.et tã q̄ lu/
tū eſtimabiṫ argētū in
ꝯſpectu illiꝰ)⁊ rō eſt.
Quia diuitie tēꝑales
cões ſunt bonis ⁊ ma
lis:⁊ frequēter conce/
dunṫ malis plꝰ q̄ bo/
nis vt pʒ ad ſenſū.Sa
pientia autē vera de q̄
fit hic ſermo ſolis bo/
nis cõcediṫ.Ideo bo
na exterioꝛa reſpectu
ipſiꝰ vere ſapīe nulliꝰ
valoꝛis ſunt reputan/
da(ſuꝑ ſalutē ⁊ ſpēʒ)
.i.ſuꝑ ſanitatē coꝛpo/
ris ⁊ eiꝰ pulcritudineʒ
(dilexi illã)qꝛ ſanitas
⁊ pulcritudo ſunt ꝑfe/
ctões coꝛꝑis.Sapīa
vero ꝑfectio ē mentis
et ideo q̄nto aīa eſt me
lioꝛ coꝛpoꝛe.tãto ſapi
entia ē illis ꝑ̄ferenda
(⁊ ꝓpoſui pꝛo luce hēre
illã)qꝛ ſicut lux coꝛpo
ralis dirigit in coꝛpo/
ralibꝰ.ſic ſapīa in ſpi/
ritualibꝰ(qm̄ inextin
guibile ē lumē illiꝰ.ve
nerūt aūt mihi oīa bo
na mihi ꝑiter cuʒ illa)
q̇ð ptʒ.iij.Reg.iij.vbi
dꝛ q̄ ſalemon petēdo
ſapīam a dño.nõ ſolū
illã obtinuit.ꝫ etã cuʒ
illa diuitias et hono/
res ſuꝑ oēs reges(et
innumerabilis hone/
ſtas ꝑ manꝰ illiꝰ).i.ꝑ
oꝑa ipſiꝰ q̇ ꝑ manꝰ de/
ſignanṫ eo q̄ manꝰ eſt
oꝛganuʒ oꝛganoꝝ.vt ʒ
iij.libꝛo de aīa.(⁊ leta
tus ſū ī oībꝰ qm̄ an̄ce/
debat me iſta ſapīa)

tus eſt mihi ſenſus ⁊ inuoca
ui et venit in me ſpũs ſapiē
tie.Et ꝓpoſui illã regnis et
ſedibus ⁊ diuitias nihil eſſe
dixi in cõꝑatione illiꝰ.Nec
cõꝑaui illi lapidē pꝛecioſuʒ
qm̄ oīe auꝝ in cõꝑatiõe il/
lius harena eſt exigua tã q̄
lutū eſtimabiṫ argentū ī cõ
ſpectu illiꝰ.Suꝑ ſalutem ⁊
ſpeciē dilexi illã.⁊ ꝓpoſui
pꝛo luce habere illã.qm̄ iex
tinguibile eſt lumē illiꝰ.Ve
nerūt aūt mihi omnia bona
pariter cū illa.⁊ innumera/
bilis honeſtas ꝑ manus illi
us.Et letatus ſū in oīibuſ
qm̄ an̄cedebat me iſta ſapiē
tia et ignoꝛabã quoniã hoꝝ
omniū mater eſt.Quã ſine
fictione didici ⁊ ſine inuidia
cõmunico ⁊ honeſtatē illiuſ
nõ abſcondo.Infinitus eni
theſaurus ē hominibꝰ quo
qui vſi ſūt.participes facti
ſunt amicitie dei.

Epiſtola de vno cõfeſſoꝛe
et põtifice.Heb.v.

Omnis nãqʒ
põtifex ex hoībꝰ aſ
ſumptꝰ ꝓ hoībꝰ ꝯſtituiṫ in
his q̄ ſūt ad deuʒ vt offerat

ꝓpheta cui fuit tradi/
tus ad erudiēdū(⁊ ſi/
ne īuidia cõico)verbo
vel ſcripto.Scripſit ei
mltos libꝛos ad nr̄am
eruditionē(⁊ honeſta
tem illiꝰ nõ abſcõdo.)
Nã oēs reges circū/
quaq̄ deſiderabãt au
dire ſapīaʒ ſalemonis
(infinitꝰ ei theſaurꝰ ē
hoībꝰ).i.inappꝛ̄ciabi/
lis(quo qui vſi ſunt)
oꝑa ſapīa exercēdo(ꝑ
ticipes facti ſūt amici
cie dei)ſcʒ tanq̄ cõfoꝛ
mes ei in oꝑibꝰ ſuis.q̄
cõfoꝛmitas cauſa ē di/
lectõis.vt ʒ Eccli.xiij.
Omne animal diligit
ſibi ſimile.

Omnis nãq̄ põ
tifex ⁊c̄.Ante
initiū illiꝰ epl̄e
ſcribit ſctūs paulꝰ di.
Nõ ei hēmꝰ põtificē q̄
nõ poſſit cõpati īfirmi
tatibꝰ nr̄is tēptatū aūt
ꝑ oīa.Adeamꝰ ꝫ cū fi/
ducia ad thꝛonum gr̄e
eiꝰ vt miſcðiã cõſequa
mur ⁊ gr̄am īueniamꝰ
Tūc ſequiṫ pñs epl̄a.
(Oīs nãq̄ pontifex)
Glo.ſm legē(ex homi
nibꝰ).i.ð numero ho
minū(aſſumptꝰ)non
introductꝰ(ꝓ hoībꝰ)
ſcʒ ſaluandis(cõſtitui
tur)vt ꝑ eū a deo im/
petrēt miſcðiã.debet
eñi eſſe mediatoꝛ dei ⁊
hoīm(ī his q̄ ſunt ad
deū)Ly.in ſpūalibꝰ et
diuīs(vt offerat do.)
.i.volūtarie oblata nõ

violenter extorta (⁊ ſacrificia ꝓ p̄ctis) ſcꝫ
populi (q̄ condelere poſſit his q̄ ignorãt
⁊ errãt). i. q̄ peccant ex infirmitate (qm̄ et
ipſe) ſcꝫ pontifex (circūdatꝰ ē ĩfirmitate)
Ly[...]bet eum pōtifex moueri ad cōpaſſio
ne[...] miſericordiã ex
cõſi[...]ratõe ꝓprie fra/
gilitat̃. Unde dñs ꝑ/
miſit beatum petrū in
peccatū cadere. vt ſci/
ret alijs cõpati ex cõſi/
deratione ꝓprij delicti
(⁊ ꝓpterea) ſcꝫ q̄z in/
firmus ē ⁊ miſerijs cir
cūdatus (debet quem
admodū ꝓ populo) ſi/
bi ſubdito (ita etiaꝫ et
ꝓ ſemetipſo offerre do
na ꝓ p̄ctis) ſcꝫ ſuis di
mittendis ſicut et pro
peccatis populi. (nec
quiſq̄ ſibi aſſumat ho
norem) ſcꝫ pontifica/
tus (ſed qui vocatur a
deo tanq̄ aaron) ille
eni a deo vocat̃ q̄ de/
bito modo inſtituitur
(Sicut ⁊ xp̄s non ſe/
metipſum clarificauit
ita vt pontifex fieret)
ſcꝫ aſſumendo ſibi ho
norē pōtificatus (ſed
qui locutus eſt ad eū)
ſcꝫ pater qui clarifica/
uit ipſum filiū dicens.
(Filius meus) ſcꝫ na
turalis nō adoptiuus
(es tu) ſingulariter.
(ego hodie) i. in eter
nitate (genui te) ille q̄
ſic locutus eſt ad eum
clarificauit eum (quē/
admodū ⁊ in alio loco
dicit) ſcilicꝫ in pſ̄. cix.
(Tu es ſacerdos in
eternum) non ad tem
pus ſicut aarō (ſm or/
dinem melchiſedech)
i. ſm dignitatē et ritū
ordinis ſacerdotalis
melchiſedech.

dona ⁊ ſacrificia pro p̄ctis.
Qui ꝯdolere poſſit his qui
ignorãt ⁊ errãt qm̄ ⁊ ipſe cir
cūdatꝰ ē infirmitate ⁊ ꝓpte
rea dꝫ quēadmodū ꝓ popu
la. ita etiã ꝓ ſemetipō offer/
re dona pro p̄ctis. nec quiſ/
q̄ ſibi aſſumat honorē. ſed
qui vocat̃ a deo tanq̄ aarō
Sic ⁊ xp̄s nō ſemetip̄m cla/
rificauit vt pōtifex fieret ſꝫ
qui locutus eſt ad eū. Filiꝰ
meꝰ es tu. ego hodie genui
te. Quēadmodū ⁊ i alio lo
co dic̃. Tu es ſacerdos ĩeter
nū ſꝫ ordinē melchiſedech

Sequūtur nūc vlterius
epiſtole de v̾ginibus. ij. Co
rinth. x. et. xj.

## Qui gloriat̃

in dño glorieẗ. Nō ei
qui ſeip̄m cōmēdat ille ꝓba
tus eſt. ſed quē deus cōmē/
dat. Hic incipit. xj. ca. Uti/
nã ſuſtineretis modicū q̄d ĩ
ſipientie mee. ſed ⁊ ſuppor/
tate me. Emulor eni vos di
emulatione. Deſpondi eni
vos vni viro virginem ca/
ſtam exhibere criſto.

q Ui gloriat̃ in domino glorieẗ ⁊c̃.
Ante initiū illiꝰ ep̄le ſcribit ſctūs
paulus in eodē capi. di. Non au/
demus nos inſerere aut comparare qui/
buſdam qui ſeipſos cōmendant. Tunc ſe
quitur p̄ſens epiſtola
(Fratres. Qui glo/
riatur) Hor. ſiue ego ſi
ue aliꝰ (in dñio glo
rietur) Lyra. quaſi di/
ceret d̄ bono opere nō
mihi gloriã attribuo.
ſ; deo a quo omne bo/
num eſt ſicut a princi/
pali agente (non enim
qui ſeipſum cōmēdat)
ſcꝫ ꝓpriam gloriã que
rens (ille ꝓbatus eſt)
id eſt approbatꝰ a deo
(ſed quē deus cōmen
dat) Lyra. id eſt cōmē
dabilem facit virtuti/
bus. Hic incipit vnde
cimū capitulū (Utinã
ſuſtineretis modicum
quid inſipientie mee)
Hor. q̄ modicū glori
rer de regimine meo.
quia reuera plus poſ/
ſem gloriari quod ta/
men ſm eſtimationem
indiſcretoꝝ reputatur
inſipientia (ſed ⁊ ſup/
portate me) Horra. id
eſt patiēter audite ſub
diti p̄latuꝫ vr̄m (Emu
lor enim vos) Lyra.
id eſt feruenter diligo
(dei emulatiõe) id eſt
charitatiua dilectione
(deſpondi enim vos)
ſcilicꝫ anulo fidei (vni
viro) ſcilicet chriſto.
(virginē) Lyra. quan
tum ad fidei integrita
tem (caſtam) quantuꝫ
a dvite puritatem (ex/
hibere xp̄o) qui ſolus
eſt ſponſus eccleſie.

Ꝺ virginib⁹ p̄ceptū nō habeo ⁊c̄:

Ante initiū illi⁹ epl'e ſcribit ſanctus paul⁹ ī eodē capitulo. Sanctificatus ē vir infidelis p mulierē fidelē. Tūc ſequit̄ p̄ſens epl'a q̄ legitur in miſſa de ꝟginib⁹ (Fratres. De ꝟginib⁹ preceptū nō habeo) Hor. ſcꝫ vt cōtineant vel vt nubāt (cōſiliū autē do) Ly. tanq̄ꝫ de meliori bono ſcꝫ de cōtinendo (tāq̄ꝫ miſericordiā cōſecut⁹ a deo) Hor. i. apoſtolatum mihi miſericorditer conceſſum (vt ſim fidelis) in diſpenſatione mihi credita. vnde credendū ē mihi in cōſilijs. vnde ex hoc habetur. ꝙ acquieſcendū eſt cōſilio p̄lati (exiſtimo eni̅ hoc eſſe bonū) Hor. ſcꝫ manere in virginitate) ꝓpter inſtantem neceſſitatē qm̄ homini bonū ē ſic eē) Lyra. ſcꝫ ad vitādū occupationē circa neceſſaria vite p̄ſentis que incumbit cōiugatis circa ꝓuiſionē vxoris et ꝓlis per quā hō retrahitur a bono contemplationis ⁊ diuine dilectionis (alligat⁹ es vxori. noli querere ſolutionē) Ly. quia forſitan caderes p incontinentiā. Expti eni̅ delectationē venereoꝝ in actu cōiugali. reuertunt̄ ad eā defacili (ſolutus es ab vxore. noli querere vxorē) ſi vis cōtinere qd̄ maius eſt bonū (ſi aūt acceperis vxorem nō peccaſti) Ly. quia hoc eſt licitū viro et etiā mulieri (⁊ ſi nupſerit virgo nō peccauit) ⁊ hoc manifeſte eſt ꝯ illos hereticos qui condēnant matrimoniū (tribulatōnē tn̄ carnis habebūt huiuſmodi) Hor. i. cōiugati. quia habebūt ſollicitudinē ⁊ afflictionē p rebus neceſſarijs ꝓcurandis et ſibi et pueris ſuis. Vn̄ leuius eſt eſſe ſine cōiugio (ego autē vobis parco) Lyra. q̄ſi diceret nō ſolū oſtendā vobis viā pfectionis q̄ difficilis ē in obſeruātia ꝟginitatis ſed etiā matrimoniū concedo. ad qd̄ licite poteſtis accedere cō deſcendēdo in hoc infirmitati vr̄e (hoc itaq̄ꝫ dico fratres. tēpus breue eſt) Ly. ſcꝫ vite humane. ergo quilibꝫ debet inq̄ꝫtū pōt ad pfectionē conari q̄ꝫdiu hꝫ tp̄s merendi. (Reliquum eſt). i. hoc ſoluꝫ reſtat ad agendum (vt q̄ habent vxores. tāq̄ꝫ nō habentes ſint) Lyra. quod fit dupliciꝫ. Uno modo vt reddant debitū non tamen exigant. Alio modo pfectius vt vterq̄ꝫ coniugium de cōmuni conſenſu incipiant continere ꝓpter maius bonum adipiſcenduꝫ (et qui flent) id eſt triſticie materiā habent qd̄ frequentius contingit in matrimonio. ꝓpter varios caſus cōtingētes circa coniugem ꝓlem ⁊ familiā (tāq̄ꝫ nō flentes) ſcꝫ patienter ſuſtinendo ⁊ ex ſpe retributionis eterne cōſolationē recipiendo. (⁊ qui gaudēt). i. materiā gaudendi habēt ex aliqua temporali ꝓſperitate circa ſe et prolem vel familiā contingentē (tanq̄ꝫ nō gaudentes) cogitando ꝙ nō eſt multum gaudendū niſi de bonis ſpiritualibus et eternis. Proſperitas eni̅ temporalis frequenter vergit magis in nocumentuꝫ (et qui emunt tanq̄ꝫ non poſſidentes) Lyra. cogitando ꝙ nō habemus hic manentem ciuitatē. ſed futurā inquiram⁹ (⁊ q̄ vtuntur hoc modo) id ē qui poſſunt vti bonis huius mūdi eo ꝙ ſunt diuites ⁊ corpore

## Alia epiſtola de ꝟginibus j. Cor. vij.

Ꝺ virginibuſ p̄ceptū nō habeo ꝯſiliū āt do tāq̄ꝫ miſcdiam conſecut⁹ a dn̄o vt ſim fidel': Exiſtimo eni̅ h̄ bonū eē ꝓpter inſtantē neceſſitatē. qm̄ homi bonū eſt ſic eē. alligatus es vxori. noli q̄rere ſolutionē. Solutus es ab vxore. noli q̄rere vxorē. Si āt acceperſ vxorē non peccaſti. Et ſi nupſerit ꝟgo nō peccauit. Tribulationē tn̄ carnis hēbunt hmōi. Ego aūt vobis pco. Hoc itaq̄ꝫ dico fr̄es. tēpus breue eſt. Reliquum eſt. vt et qui habēt vxores tāq̄ꝫ nō habentes ſint ⁊ qui flēt tanq̄ꝫ nō flentes. ⁊ qui gaudēt tanq̄ꝫ non gaudentes. ⁊ qui emūt tāq̄ꝫ nō poſſidētes. ⁊ q̄

ſani (tanq̃ non vtant̃) ſcʒ accipiendo de bonis p̃ſentibus quãto minus poteſt fie/ri. ſalua tñ decentia ſtatus ⁊ perſonarum (p̃terit eñ figura hui⁹ mundi). q. d. mundata quaſi nihil eſtimanda ſunt. quia preterit figura hui⁹ mũdi Lyra. i. exterior pulcritudo que ẽ in cõtinua variabilitate. idcirco parum curandũ eſt de bonis p̃ſentis vite: qr nihil hic ẽ ſtabile (vo/lo autẽ vos ſine ſollicitudine eẽ) Ly. loq̃ndo de ſollicitudie ſupflua ſpũalia impediente (q̃ autẽ ſine vxore eſt ſol/licitus eſt que dñi ſunt quomõ placeat deo) .i. habet aptitudinem vt ſit ſollicitus de bo/nis ſpũalib⁹ ⁊ eternis (qui autẽ cũ vxore ẽ) ſcʒ in matrimonio (ſollicitus ẽ que ſunt mũ/di. quõ placeat vxori) ⁊ in hoc caſu vir põt ſe ſollicite ornare (et di/uiſus eſt). i. ptim ſer/uiens mũdo ⁊ partim deo q̃tũcũq; bene vi/uat in matrimonio (et mulier innupta). i. vi/dua (⁊ virgo cogitat) .i. maiorẽ facultatem habet cogitãdi (q̃ do/mini ſunt) ſcʒ ſpũalia ⁊ eťna (vt ſit ſctã) ſcʒ magis q̃ nupta (cor/pore). i. corporalibus bonis actionib⁹ ⁊ operib⁹ bonis (et ſpũ) .i. ſpũalib⁹ actionibus ⁊ virtutib⁹ (in xp̃o ieſu domino noſtro.

c Onfitebor ti/bi domine rex et collaudabo te deũ ⁊c. Ante initiuʒ illius lectionis habet̃ ſic. Doctrinã ſapiẽtie ⁊ diſcipline ſcripſit in codice iſto. Jeſus filius ſyrach hieroſolimita. Btũs qui verſatur in iſtis bonis. q̃ ponit illa in corde ſuo ſapiẽs erit. Tunc ſequit̃ lectio p̃ñs q̃ legit̃ p epl̃a in miſſa de ẜginib⁹

vtũtur h̃ mũdo tãq̃ nõ vtã tur. Preterit ei figura hui⁹ mũdi. Volo ãt vos ſine ſollicitudie eẽ. Qui ãt ſine vxore ẽ ſollicit⁹ ẽ. q̃ dñi ſũt quõ placeat deo. Qui ãt cũ vxore eſt ſolicitus eſt que ſunt mũdi quõ placeat vxori ⁊ diuiſus eſt. Et mulier inupta ⁊ ẜgo cogitat q̃ dñi ſunt vt ſit ſancta corpe ⁊ ſpũ in xp̃o ieſu domino noſtro.

Jtẽ alia epl̃a de ẜginib⁹ Eccleſia. lj.

Onfitebor tibi dñe rex ⁊ collaudabo te deũ ſaluatorẽ meũ. Cõfitebor nomini tuo qm̃ adiutor ⁊ ptector fact⁹ es mihi ⁊ liberaſti corpus meũ a pditõe a laq̃o lingue inique ⁊ a labijs operãtiũ mẽdacium Et in cõſpectu aſtãtiũ fact⁹ es mihi adiutor. et liberaſti me ẜm multitudinẽ miſcdie nominis tui a rugientib⁹ p̃paratis ad eſcã. de manib⁹ querẽtiũ animam meam. et de portis tribulationũ q̃ circũdederũt me a p̃ſſura flamme q̃ circũdedit me. ⁊ in medio ignis ñ ſũ eſtuat⁹. De al

(Confitebor tibi dñe) Ly. oĩm rerũ p creationẽ (rex) p eoꝝ gubernationem (⁊ collaudabo te deũ ſaluatorẽ meũ) p ſpe/cialem mei ptectioneʒ (Confitebor noĩ tuo) ſcʒ confeſſione laudis (qm̃ adiutor ⁊ ptector fact⁹ es mihi) ſcʒ protector in tẽtatione diaboli ⁊ adiutor in pmotione boni (⁊ liberaſti corpus meũ a pditio/ne) id eſt a vicio gule ⁊ luxurie (a laqueo lingue inique) id eſt a vicio detractionis (et a labijs operantiũ men/daciuʒ) ſcʒ pniciosum (⁊ in conſpectu aſtantium) ſcʒ angeloꝝ qui tibi aſtant (fact⁹ eſt mihi adiutor) contra hoſtes corporales et ſpi/rituales. (et liqeraſti me ẜm multitudinem miſericordie nominis tui a rugientibus pre/paratis ad eſcã. de manibus querentiũ ani/mam meam) quia dyabolus tanq̃ leo rugi/ens circuit q̃rens quẽ deuoret. p̃ma Pe c. v. (et de portis tribula/tionũ que circũderunt me a preſſura ⁊ flame) ſcʒ incenſiuarũ libidinis (que circũdedẽrũt me) ſcʒ per fomitẽ ex/iſtentem in carne mea (⁊ in medio ignis) ſcilicet libidinoſi ardo/ris (non ſum eſtuat⁹. De altitudine) id eſt profunditate.

(ventris inferi) ſcꝫ in qua parte ſunt dānati Sed ad lymbū patruꝫ deſcēdebāt tūc ſancti (⁊ a lingua coinquinata).i.verbiſ ſcurrilibꝰ ⁊ īmūdis (⁊ a ꝟbo mēdacij) ſcꝫ ꝑnicioſi (a rege iniquo).i.a diabolo ꝙ eſt rex ſup oēs filios ſupbie (et a lingua iniuſta).i. calūniante alios ſine cauſa (liberaſti me) ſm mľtitudinē miſericordie nominis tui.

Apiētia vincit malicīā. Attingit ꝙ ⁊c̄. Ante initiū illiꝰ epľe ſiue lectōnis ſcribit ſalemon ſic. Neminē em̄ diligit deus niſi eū qui cū ſapientia inhabitat ⁊c̄. Tūc ſequit̄ pn̄s lectio (Sapīa).ſ. et̄na (vincit maliciā. Attingit ꝙ a fine vſqꝫ ad finē fortiter) ſcꝫ oīa creata penetrando ſua ꝟtute (⁊ diſponit oīa ſuauiter) qꝛ dat oībuſ creaturis formas ⁊ inclinationes ꝑ quas mouēt naturaliter actꝰ ſuos. Sicut lapidi grauitatē ꝑ quā naturaliter tendit deorſum (hāc amaui) ſcꝫ ſingularit̄ (⁊ exq̄ſiui eā a iuuētute mea) ſcꝫ petendo eam a deo mihi dari (et q̄ſiui mihi eā ſponſam aſſumere).i.eiꝰ meditationibus inſeꝑabilit̄ adherere (⁊ amator factus ſum forme illius) Eſt em̄ decor aīe aſſimilans eā decori creatoris (generoſitateꝫ illiꝰ glorificat).i.glorioſaꝫ titudine vētris inferi ⁊ a lingua coinquinata. ⁊ a verbo mendacij a rege iniquo et a lingua iniuſta liberaſti me.

Alia epiſtola de ꝟginibꝰ Sapiē. viij.

# Apiētia vincit maliciā.

Attingit ergo a fine vſqꝫ ad finē fortiter ⁊ diſponit om̄ia ſuauiter Hāc amaui ⁊ exq̄ſiui eā a iuuētute mea. ⁊ q̄ſiui mihi eaꝫ ſpōſā aſſumere. ⁊ amator factus ſū forme illiꝰ. generoſitatē illius glorificat ꝯtuberniū habens dei. Sed ⁊ dn̄s om̄iū dilexit eā. Doctrix eſt em̄ diſcipline dei. et electrix operum illiꝰ.

Alia epiſtola q̄ legitur in miſſis coībꝰ ⁊ ꝓ defunctis. Apocali. xiiij.

# N diebꝰ illiſ

Audiui vocē de celo dicenteꝫ mihi Scribe beati mortui ꝙ in domino moriūtur. Amodo iā dicit ſpirituſ vt requieſcant a laboribus ſuis opera enī illorū ſequūtur illos.

Sequit̄ alia epľa que legitur ī p̄ſentia defūcti. j. ad Theſſalonicen. iiij.

# Olumus autē

vos ignorare f̄res de dor confitet̄ (contuberniū habens dei).i. hō habens cōtuberniū dei ꝑ charitatē ꝑ quā hō maner in deo ⁊ deus ī eo. (ſed ⁊ dn̄s oīm dilexit eā) ſcꝫ inq̄ꝫtū ip̄a facit hoīes deo diligibiles (doctrix eſt eī diſcipline dei) Nā donū ſapīe facit habentē ſubdere mandatis diuinis (et electrix operū illius. (Nam ꝑ ipſam eligit hō opera deo placita.

N diebus illis Audiui voceꝫ de celo dicētē mihi. Scribe) tanq̄ rē nobiliſſimā (Btī mortui ꝙ in dn̄o moriunt̄) Ly.i.in cōfeſſione dn̄i nr̄i ieſu xp̄i (Ammodo iam dicit ſpiritus) ſcꝫ ſctūs ꝙ cū p̄re ⁊ filio ē vnꝰ deꝰ (vt requieſcant a laboribꝰ ſuis) nā in btītudine appetitꝰ totaliter quietabit̄ (opa em̄ illoꝝ) ſcꝫ q̄ ſūt meritoria vite eterne (ſequunt̄ illos) ſcꝫ ī beatitudine iā recipiunt ꝑ ipſis.

Olumꝰ autem vos ignorare f̄res ⁊c̄. Ante initiū illiꝰ epľe ſcribit ſctūs paulꝰ in eodē capitulo di. Rogamꝰ voſ f̄res vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt ⁊ nullius aliquid deſideretis. Tunc ſtatim ſequit̄ epiſtola preſens (Nolumus vos ignorare f̄res de dormientibus) Hoc.i. de mortuis quos dormientes appellat xp̄ī re

ſurrectionis facultatẽ. ita em̃ de facili ex/
citabunt̃ de morte ſicut dormiẽtes a ſom
no (vt nõ ꝯtriſtemini) inconſolabiliter de
morte amicoꝝ (ſicut ei ceteri) ſcꝫ infide/
les (qui ſpem nõ habent) ſcꝫ reſurrectio/
nis future. Sciẽdũ ꝙ
infideles q̃ nõ hñt fidẽ
reſurrectõis. tales hñt
magnã cauſaꝫ amicos
defunctos lugẽdi qua
ſi incõſolabilit̃. nõ aũt
ſic xp̃iani q̃ hñt ſpem
reſurgẽdi. ꝓpter qd̃ re
ꝑhenſibile eſt xp̃ianis
ĩmoderate mortuoſ lu
gere. qꝛ in hoc aſſimi/
lant̃ infidelibus ſpem
future reſurrectõis nõ
habentib⁹. Lugere au
tem defunctos mode/
rate eſt opus pietatis
(Si em̃ credim⁹ ꝙ ie/
ſus mortuus ẽ ⁊ reſur
rexit) Si ꝓ quia. Nã
ad articulos fidei ꝑti/
net credere ieſum vere
mortuũ fuiſſe ⁊ vere re
ſurrexiſſe (ita ⁊ deus)
ſcꝫ pr̃ q̃ ſuſcitauit ieſũ
(eos q̃ dormierũt) ſcꝫ
ſomno mort̃ (ꝑ ieſuꝫ)
.i. in fide ieſu xp̃i (ad/
ducet). ſ. vt ſint ĩ eadẽ
btĩtudine ⁊ ĩmortalita
te (cum eo) id eſt cum
chriſto. Unde Johan
nis. xij. ca. volo pater
vt vbi ego ſum: illic ſit
et miniſter me⁹ (h̊ em̃
vobis dicim⁹ in verbo
dñi) ſcꝫ qd̃ docuit nos
(quia nos q̃ viuim⁹) Glo. i. q̃ tũc viuem⁹
(qui reſidui ſum⁹) ſcꝫ adhuc viui relicti
ceteris iã mortuis (in aduẽtu dñi) ſcꝫ ad
iudiciũ (nõ preueniem⁹) Lyra. in reſurre
ctione futura (eos qui dormierũt). i. lon
go tp̃e ante mortui ſũt. qꝛ reſurrectio fiet
virtute diuina q̃ opat̃ in inſtanti. quia in
momento in ictu oculi reſurgent mortui
(qm̃ ipſe dñs) ſcꝫ ĩ ꝓpria pſona (ĩ iuſſu)
Glo. i. imperandi poteſtate. nõ in humili
tate ſicut in primo aduentu. Non equita
bit ſup aſinã nõ portabit crucem in dorſo
ſuo. vt pꝫ Math. xxiiij. Uidebũt filiũ ho/
minis venientẽ cũ poteſtate magna ⁊ ma
ieſtate (⁊ in voce archangeli). i. facta mi
niſterio alicui⁹ archan
geli qua dicetur. Sur
gite mortui venite ad
iudiciuꝫ (⁊ ĩ tuba ł ei)
.i. xp̃i. Et vocat voceꝫ
illã tubã ꝓpter ſonum
eius terribilem (deſcẽ
det de celo) localiter ĩ
aere. Nã iudicabit in
forma hũana. ſicut dr̃
Actuũ. i. Hic ieſus qui
aſſumptus eſt a vobis
in celũ. ſic veniet quẽ/
admodũ vidiſtis eum
euntẽ in celum (⁊ mor
tui qui in xp̃o ſunt). i.
in eius fide mortui (re
ſurgent primi) tẽpore
ſm quoſdaꝫ. ſm alios
nõ tempore ſed digni/
tate (deinde nos q̃ vi/
uimus) Glo. id eſt illi
de nobis q̃ ceteris mor
tuis tunc viui erũt (q̃
reliquimur) id eſt qui
reſidui ab antixp̃i per/
ſecutione erimus (ſi/
mul cuꝫ illis) qui nos
ad requiẽ preceſſerunt
(rapiemur in nubib⁹)
ſcꝫ ab angelis (obuiã
chriſto) Lyra. ſcilicet
venienti ad iudicium
(in aera) vbi ꝓfert ſen
tentiã iudicij ſup vallẽ
ioſaphat. Unde Johe
lis. iij. Congregabo omnes gentes ⁊ de/
ducam eas ĩ vallem ioſaphat. quia ibi ſe/
debo vt iudiceꝫ omnes gentes (⁊ ſic ſem
per cũ domino erimus) quia electi a xp̃o
non ſeparabunt̃ amplius. ſed ſemp erũt
ſibi coniuncti. non ſolũ in anima. ſed etiã
in corpore (itaꝗ cõſolamini) Gloſa ordi
naria ſcꝫ de morte amicoꝝ (inuicem) ſcꝫ
alter ad alterũ (in verbis iſtis) ſcꝫ de re/
ſurrectione fidelium.

mientibus vt nõ cõtriſtemi
ni ſicut ⁊ ceteri q̃ ſpem non
habent. Si enim credimus
ꝙ ieſus mortuus ẽ ⁊ reſurre
xit. ita ⁊ deus eos q̃ dormie
rũt ꝑ ieſum adducet cũ eo.
Hoc enĩ vobis dicim⁹ ĩ ver
bo domini. quia nos qui vi
uimus q̃ reſidui ſumus ĩ ad
uentu domini non preuenie
mus eos q̃ dormiert̃. Quo/
niã ipſe dñs in iuſſu et in vo
ce archangeli ⁊ in tuba dei
deſcendet de celo et mortui
qui in xp̃o ſunt reſurgẽt pri
mi. deinde nos qui viuim⁹
qui reliquimur ſimul rapie/
mur cũ illis in nubibus ob/
uiam xp̃o in aera et ſic ſem/
per cum domino erim⁹. Ita
ꝗ conſolamini inuicem in
verbis iſtis.

Sequit̃ alia ep̃la ĩ ãniuer
ſario defũctoꝝ. ij. Mac. xij.

**N dieb**ꝰ **illiſ**
**Uir fortiſſim**ꝰ **iudaſ facta collatõe duodecim milia dragmas argenti miſit hieroſolymã offerri ea ibi ꝓ peccatis mortuoꝝ iuſte ꝛ religioſe de reſurrectiõe cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuꝑfluum videretur ꝛ vanum orare pro mortuis. Et quia conſiderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitõnẽ acceperãt. optimam haberent repoſitam gratiaz. Sã cta ergo ꝛ salubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur.**

N diebus illis. Uir fortiſſimꝰ iudas ꝛc̃. Ante initiũ illius epiſtole legitur de maximis prelijs ꝛ triumphis que iudas machabeus cũ fratribus ſuis dei adiutorio obtinuit. Primo quandã ciuitatẽ firmã muris. noĩe caſphym in qua habitabant turbe ꝑmiſcuarũ gentiuz que confidebant ĩ ſtabilitatẽ muroꝝ remiſſius agebant maledictis laceſcentes iudaz ac blaſphemantes ꝛ loquentes que phas nõ eſt dicere. Machabeꝰ autẽ inuocato diuino auxilio ĩnumerabiles interficit vt ſtagnũ circaiacens ſanguine flueret. Item poſt hoc iudas machabeus cum ſex milibus iuit cõtra thimotheũ qui habuit cxx. milia peditũ. ꝛ eq̃tum duo milia q̇ngenti. Et iudas cũ ſex milibus ꝓſtrauit triginta milia virorũ. Item poſt hoc mouit iudas machabeus exercituz contra gorgiã prepoſitum idumee cũ tribus milibus peditũ ꝛ equitibꝰ quadringentis Quibus cõgreſſis pauci ruere iudeorum Poſt hoc venerũt ſepelire interfectos de iudeis. ꝛ ĩuenerũt ſub tunicis interfectorum de donarijs ydoloruz. Lyra. id eſt de rebus precioſis culti ydoloꝝ dedicatis. a quibꝰ lex ꝓhibet. Deutro. vij. omnibꝰ ergo manifeſtũ e ſt ob hanc cauſaz eos corruiſſe. omnes itaq; benedixerunt iuſtũ iudicium dñi. qui occulta fecerat manifeſta Tunc poſt hoc ſequitur p̃ſens lectio (In diebus illis. Uir fortiſſimus iudas facta collatione duodeci milia dragmas argẽti miſit hieroſolimã offerri ea ibi ꝓ peccatis mortuoꝝ) Lyra. ſcꝫ ſic interfectoꝝ in bello (iuſte ꝛ religioſe de reſurrectõne) ſcilicꝫ futura (cogitãs. niſi eñ eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum videret ꝛ vanuz orare pro mortuis. Et quia cõſiderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionẽ acceperant optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo ꝛ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur) Sed forte videretur alicui ꝙ factũ hoc fuit fruſtra eo ꝙ iſti ſic interfecti videntur mortui in peccato mortali habentes ſecum donaria. Seſpondet Nicolaus de Lyra. ꝙ iudas machabeus ꝛ ſocij eius debebant ꝓbabiliter iudicare ꝙ illi interfecti penituiſſent ĩ morte. ꝛ ſic orationes ꝛ oblationes valebant eis. eo ꝙ mortui erant in ſtatu ſalutis.

Explicit poſtilla ſuꝑ epiſtolas.